IVDICIORVM PRAXIS

IO. BAPTISTAE ASINII, I.C. FLORENTINI, COMITISQVE PALATINI, AC EQVITIS AVRATI,

AD STATVTVM FLORENTINVM SECVNDVM SECVNDI LIBRI,

De modo probandi Mortem, Filiationem, & Tabellionatum, &c.

Nunc primùm in lucem edita,

PARS SECVNDA.

OMNIBVS IVRIS VTRIVSQVE PROFESSORIBVS, tam in ſcholis, quàm in foro verſantibus apprimè vtilis ac perneceſſaria.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. D. LXXXVIII.

Ex Officina Damiani Zenarij.

IO. BAPTISTAE ASINII IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, AC SVMMI PRACTICI,

IVDICIORVM PRAXIS IN STATVTVM SECVNDVM SECVNDI LIBRI.

De modo probandi mortem, filiationem, & Tabellionatum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de morte, an de naturali tantum intelligatur.*

CAPVT I.

QVONIAM Statutum hoc modum probãdæ mortis inducit, meritò antequam ad alia deſcendamus, an etiam de ciuili morte intelligatur, quærendum eſt. qua in re
1 nonnulli, vt ſtatutum † de morte loquens, de naturali tantum intelligatur, regulam ponendam eſſe voluerunt, vt eſt gl. in cap. placuit, 2. 16. q. j. & in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & eſt text. in l. fin. ff. de his, qui veni. ætatis impetra. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. & in l. Statius. §. Cornelio Fœlici. ff. de iure fiſci. & in l. ſed ſi mors, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. Hanc opinionem ſecutus eſt Bart. in l. ex ea parte. §. in inſulam. ff. de verb. oblig. & Anchar. in dicto cap. ſuſceptum, numero 3. de reſcript. in 6. vbi etiam Geminia. numero 2. & Abbas in cap. cum ſis, numero 5. extra de conuerſ. coniug. authoritate Hoſtienſ. Goffre. & Ioan. Andr. Idem præterea voluit Alex. in conſi. 139. numero 4. volum. 2. & Hiero. Grat. in conſi. 2. numero 42. volum. j. & in conſi. 21. numero 59. volum. 2. & Bertran. in conſil. 250. numero 3. volum. 2. & Rimin. ſen. in conſi. 243. nu. 6. volum. 2. & Gaſpar Vallas in l. imperium, numero 169. ff. de iuriſd. om. iudic. & iterum Alex. in l. ex facto tractatum. §. ex facto tractatum, numero 6. ff. ad Senatuſconſul. Trebellia. & Afflict. in cap. vnico, nu. 10. in tit. ſi vaſal. feu. priue. cui debe. appli. & not. Doctores, & præſertim Iaſ. numero 8. in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & Quint. Mandoſ. ſuper regu. 30. de veri. not. obit. numero 5. & 6.

LIMITATIO PRIMA.

HANC Regulam duobus modis limitant Doctores. Alij nanque in caſibus à iure expreſſis eam limitandam arbitrantur, propterea quòd in eis cum mors ciuilis naturali æquiparetur, de ciuili quoque intelligẽdum cenſuerunt, vt voluerunt Bert. in conſ. 335. nu. 3. vol. 3. & Guil. à Monteferra. in tract. de ſucceſ. reg. in reſponſione ad primum dubium, verſ. & eſt aduertendum, nu. 42. & Gaſpar Vallas in l. imperium, num. 169. ff. de iuriſd. om. iud. & Afflic. in d. c. vnico, num. 10. ſi vaſal. feu. priue. & Iaſ. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 8. ff. de liber. & poſthum. & in authen. ſi qua mulier, nu. 19. C. de ſacroſ. eccl. & in d. l. ex

Bal. in l.j. in 8.q. C. de teſtam. & in l.j. C. qui num. & Ang. & Imola in l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pupill. & Imola in l. ſi pater. §. tuus. eod. tit. & Inno. in c. qualiter & quando, il 2. & in c. cum oporteat, extra de accuſatio. & c. licet ex quadam, vbi Panor. extra de teſti. & Spec. in tit. de inquiſitio. §. j. verſi. quid ſi vnus teſtis. & in tit. de teſti. §. iam de interrogatorijs. verſ. & breuiter ſcias, ſecundum Papam, & Ioan. de Amic. in conſ. j. num. 61. & 62. Meritò hac de cauſa ſtatuentes in hoc noſtro ſtatuto, ad hoc, vt ipſa iuriſdictio, & ꝙ qs ſit iudex ordinarius facilius probeẽ, publica voce & fama, à quatuor teſtib. cõfirmata probari voluerũt.

Quoniam autem ſtatuentes vltimo loco voluerũt, vſque ad concluſionem in cauſa admitti, ſi quis velit ſcire quænam poſt concluſionem in cauſa admittantur, adeat quæ ego dixi in praxi iudiciaria ſuper præcedenti ſtatuto edita in §. 23. capite 6. cum ſuis ampliationibus & limitationibus, vbi latè dixi.

SVMMARIVM.

1 *Forma tradita ab hoc ſtatuto probandæ filiationis, an ad probationem ſuperexiſtentiæ extendatur.*

CAP. XXVII.

NOn videtur etiam omittẽdum, ex quo in hoc
1 ſtatuto, vt ſupra vidimus, datur forma † probandæ filiationis, an etiam eadem probatio, ad ſuperexiſtentiam extendatur: Quandoquidẽ fuit apud antiquiores noſtros iureconſultos aliquando dubitatum, an forma hæc probandæ filiationis, ad probationem ſuperexiſtentiæ extenderetur, videlicet poſt mortem patris, vel matris, & cum de hoc antiquitus tractaretur, in primis videbatur nõ extendi, ſed vere & concludẽter probandam eſſe, per ea quæ notantur in l. qui duos. §. cum in libello. ff. de reb. dub. Verum prædictis non obſtantibus, vt talis probatio per famam ſufficeret frequentioribus calculis obtentum fuit: quandoquidem ſi ita probatur filiatio, meritò pariter & mors & tempus mortis, argum. l. ſolẽt. ff. de alimen. & cibar. lega. & tradit Bar. in extrauagan ti, ad reprimendũ, ſuper verbo, ſummariè. Nam quẽadmodum ſtatutum diſponens de iuramẽto damnũ paſſi extenditur ad tempus, & alias circunſtantias, damnum ipſum reſpicientes: ita etiam ſtatutum hoc inducens modum probandæ mortis, ad probandam ipſam ſuperexiſtentiam extendi debet: & ita dixit Saluettus pronunciaſſe Ioan. de Caſſi collateralem Dñi Ant. de Ventinis Romani, per ea ꝙ voluit Imola poſt Ang. in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellia.

SVMMARIVM.

1 *Probatio, de qua in ſtatuto hoc, an ſufficiat ad probandam parentelam antiquam.*

2 *Hæc probatio, an ſufficiat ad probandam parentelam, ita vt fiſcus excludatur.*

3 *Statutum noſtrum licèt dicat, in qualibet cauſa, attamen non habet locum in cauſa criminali.*

CAP. XXVIII.

FVit etiam vltra prædicta apud maiores noſtros
1 dubitatum, an hæc probatio ad parẽtelam † ſeu
coniunctionem antiquam probãdam ſufficiat,
& pariter Saluettus dixit ſufficere, per tex. in c. licet ex
quadam. & quod ibi notatur, extra de teſtibus, & in c.
quoties, & tradit Bal. in l. proprietatis. C. de probat. &
ꝙ fuerint habiti vt tales. l. ſiue poſſidetis. C. de probat.
& l. nõ ignorat. C. qui accuſ. nõ poſſ. & tradit Bal. in l.
ſi vicinis. C. de nupt. & in l. filiũ. ff. de his, qui ſunt ſui,
vel alie. iur. & quod plus eſt: inquit talem probationẽ
2 ſufficere, etiam † ad excludẽdum fiſcum, & cautelam
eſſe, vt filiatio cuiuſcunq; gradus inferentis ad parẽte
lã capituletur, vt ſeruetur hoc ſtatutum de vnaquaq;
filiatione p famã, & ſufficere audiuiſſe à maiorib. ſuis.
3 Videtur tamen hoc ſtatutum † limitandũ in cauſa
criminali, & ſi ſtatuentes dixerint in qualibet cauſa:
Nam cum de ciuilibus cauſis ſtatuentes loquantur,
pariter etiam illa verba in qualibet cauſa, de ciuilibus
intelligenda videntur, & ſic de alijs ciuilibus caſibus, ſecundum ſubiectam materiam. l. ſi vno. ff. locati, & l. Imperatores. ff. de in diem addictione, & ibi latius per eum. LAVS DEO.

FINIS.

VENETIIS,

Apud Ioannem Baptiſtam Natolinum, ſumptibus Damiani Zenarij.

M. D. LXXXVIII.

11134

CAMERA DI DISCIPLINA DEGLI AVVOCATI